Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ad Serenissimum Principem ac Dominum Dominum Christianum, Comitem Palatinum Rheni ... Dominum suum clementißimum Super Obitum Serenitatis Suae Soceri desideratissimi ... Dn. Johannis Jacobi, Comitis ...

Stösser, Gottfried

[Argentoratum], 1673

urn:nbn:de:bsz:31-136623

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

46 a

Ad

SERENISSIMUM PRINCIPEM ac DOMINUM

DOMINUM CHRISTIANUM,

COMITEM PALATINUM RHENI, DUCEM BAVARIÆ, COMITEM VELDENTIÆ ET SPONHEMII

&c. &c. &c.

Dominum ſuum clementiſſimum

SUPER OBITUM

SERENITATIS SUÆ SOCERI deſideratiſſimi

ILLUSTRISSIMI COMITIS & DOMINI

DN. JOHANNIS JACOBI,

COMITIS ac DOMINI in RAPPOLSTEIN, HOHENACK & GEROLSECK ad VOGASUM

&c. &c. &c.

HEROÏS GLORIOSISSIMI

LESSUS

Cum ſubmiſſiſſimâ devotione oblatus

à

GOTHOFREDO STÖSSERO, U. J. D. & Prof. Pand. Ord. in Univerſitate Argentoratenſi, ejusdemque p. t. RECTORE.

Typis JOHANNIS WILHELMI TIDEMANNI,
ANNO M DC LXXIII.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

MAgnanima noſtri cura PRINCIPIS riget
afflicta SOCERI morte! contrepidant Manus
ad Hoſtium vires vel imperterritæ:
Cor expaveſcit, cuius invicta indoles
Multis periclis cognita fuit hactenus.
Qui gloriamque resque geſtas provido
evolvit animo, an temperabit lacrymis
nec ingemiſcet gentis ILLUSTRISSIMÆ
dura periodo? ſtirpis ultimus ſuæ
JACOBUS HEROS ILLE RAPPOLSTEINIUS
cecidit! ô Ingens Teutonum proſapiæ
antiquioris DECUS! An imperio datæ
Exempla fidei quis recensére poterit
Illuſtriora, quam SPOLETANORUM DUCUM,
qui ditiones maluére ampliſsimas
Germanicum quam derelinquere Principem?
Nec Fortitudo minor. id oſtentat Caput
Saracenicum, quod præferunt Inſignia.
Hic faſtuosâ voce, vultu barbaro

Cum

Cum provocaſſet Chriſtianum Exercitum;
proſiluit unus omnium CUNRADUS &
felice dextra præferocem Goliath
proſtravit. Hiſce ſimilibusque dotibus
Heroicis, quum PATRIÆ PATRES ſibi
devincta dederint ſubditorum viſcera;
dubitare fas non eſt, HERI nunc fata quin
ſuprema minimi, maximi, medioxumi
omnisque Turba lugeat medullitus.
Sit lacrymarum finis aut Modus! *NIHIL AMISSIO NOCET ILLICO RE PARABILIS.*
Amiſſus HEROS vivit, in GENERO
SOCER,
vivit, novasque ſubditis flammas parat
æterni amoris. ô PALATINA vigeant
ex Matre RAPPOLSTEINIANA Germina!

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST